

alcaneo, na-  
no ad latus  
b extremi-  
externum  
s metatarfi  
cis,  
PEDIS.  
m, & pro-  
extremitate  
ie phalan-  
are calca-  
sticam su-  
inimi.

# SPLANCHNOLOGIA

S E U

D O C T R I N A  
DE VISCERIBUS.

## ELENCHUS SPLANCHNOLOGIÆ.

**D**IVISIO corporis humani.

Integumenta communia corporis.

Epidermis.

Cutis.

Ungues.

Pili.

Membrana adiposa.

De capite generatim.

Dura mater.

Membrana arachnoidea.

Pia mater.

Cerebrum.

Cerebellum.

Medulla oblongata.

Medulla spinalis.

Oculus.

Auris.

Nasus.

Cavitas oris.

Lingua.

De collo.

Fauces.

Pharynx.

Oesophagus.

Larynx.

Trachea.

De Thorace.

Mammæ.

Pleura.

Diaphragma.

Pulmores.

Pericardium.

Cox.

De abdomen.

Peritoneum.

Omentum.

Ventriculus.

Intestina.

Mesenterium.

Hepa,

Vesicula fellea.

Pancreas.

Via lata.

Renes.

Vesica urinaria.

Partes genitales.

Partes genitales.

Partes uteri gr.

Placenta uteri.

Funiculus um.

Ovum membr.

Liquor amnii.

Fetus.

Mammæ.

Mammæ.  
Pleura.  
Diaphragma.  
Pulmones.  
Pericardium.  
Cor.  
De abdome.  
Peritonæum.  
Omentum.  
Ventriculus.  
Intestina.  
Mesenterium.  
Hepar.  
Vesicula fellea.  
Pancreas.  
Viæ lachæ.  
Renes.  
Vesica urinaria.  
Partes genitales virorum.  
Partes genitales mulierum.  
Partes uteri gravidæ.  
Placenta uterina.  
Funiculus umbilicalis.  
Ovum membranaceum fœtus.  
Liquor amnii.  
Fœtus.





## DIVISIO CORPORIS HUMANI.

**C**ORPUS humanum dividitur  
in *Caput*,  
*Truncum*, &  
*Extremitates*.

**CAPUT** dividitur in *faciem*, & partem *capillatam*.

**PARS CAPILLATA** capitis dividitur  
in *verticem*,  
— *synciput*,  
— *occiput*, &  
— partes duas  
    *laterales*.

**FACIES** dividitur in *frontem*  
— *tempora*.  
— *nasum*.  
— *oculos*.  
— *os*.  
— *buccas*.  
— *mentum*.  
— *aures*.

TRUNCUS corporis dividitur in *collum*.

— *thoracem*.

— *abdomen*.

COLUMN dividitur in *partem anticam*, in qua *Po-*  
*mum Adami*, seu *larynx* tangitur,  
in *partem posticam*, in qua *fossa nuchæ* est.  
— *partes laterales*.

THORAX dividitur in *partem anticam*, in qua *mam-*  
*mæ* sunt. *Fovea* sub *sterno* in *parte infima*  
*thoracis* vocatur *scrofula cordis*.  
in *partem posticam*, quæ *dorsum* vocatur.  
— *partes laterales*, quæ *latera thoracis* dicuntur.

ABDOMEN dividitur in *regionem anticam*, quæ *abdo-*  
*men* proprie *vocatur*.  
in *regionem posticam*, quam *lumbos* dicunt.  
& in *regiones laterales*, quas *latera abdominis*  
vocant.

*Regio abdominis antica* subdividitur in 3. *Re-*  
*giones*.

- I. in *regionem epigastricam*, cuius *latera* nomi-  
nantur *hypochondria*.
- II. in *regionem umbilicalem*, cuius *latera* dicuntur  
*regiones lumbales*.
- III. in *regionem hypogastricam*, cuius *latera* vocan-  
tur *ilia*.

PUBIS est sub *abdomine*, *regio pilosa*, cuius *latera*  
*Inguina* vocantur.

Sub *pube* sunt *partes genitales*.

in *viris scrotum*, & *penis*.

in *mulieribus labia*, & *rima vulvae*.

*Spatium*, quod inter partes genitales, & aper-  
turam ani est, vocatur *Perinæum*.

**E**XTRÉMITATÉS dividuntur in *superiores*, & *infe-  
riores*.

**E**XTRÉMITAS superior dividitur,  
in *summitatem humeri*, sub qua *fovea axil-  
laris* est.

in *brachium*

in *antibrachium*, in quo *flexura*, & *angulus  
cubiti* notatur.

in *manum*, quæ *volam*, & *dorsum* habet.

**M**ANUS in *carpum*

*metacarpum*, &  
*digitorum* dividitur.

**D**IGITI dividuntur in *pollicem*.

— *indicem*.

— *digitum longum*.

— *digitum annularem*.

— *digitum auricularem*.

**E**XTRÉMITAS inferior dividitur.

I. in *femur*, cuius extima, & suprema pars  
*coxa*, seu *regio ischiadica* dicitur.

II. in *crus*, quod *genu*, *cavum poplitis*, & *sur-  
ram* habet.

III. in *pedem extremum*, in quo *dorsum*, & *planta  
pedis*. *Malleolus externus*, & *internus* est.

**P**ES *extremus* in *tarsum*.

*metatarsum*.

*digitorum*.

Interna corporis *divisio* est in tria cava principalia,  
ut Cavum *cranii*, *thoracis*, *abdominis*.

### INTEGUMENTA COMMUNIA CORPORIS.

Sub nomine integumentorum communium intelliguntur tres membranæ, quæ externam superficiem totius corporis investiunt.

1. *Epidermis.*

2. *Cutis.*

3. *Membrana adiposa.*

### E P I D E R M I S.

Est tenuis, & pellucida membrana, quæ totam extimam superficiem corporis tegit, & simul in omnes aperturas, ut oris, nasi, ani, vulvæ, urethræ intrat, & ibi intimam superficiem viscerum obducit.

DIVISIO in superficiem extimam, quæ sicca est.  
in ——— intimam, quæ mucosa est,  
& mucus *Malpighianus*  
vocatur.

CONNEXIO cum cute per *mucum malpighianum*.

per *pilos*.

per *vasa exhalantia*.

SUBSTANTIA. Constat ex tenuissima tela cellulosa, quæ ex cute efflorescit, & quæ muco Malpighiano repletur, & admodum porosa, & insensibilis est, nec nervos habet. Extima superficies est tela cellulosa admodum condensata.

**C**RASSITIES in facie admodum tenuis, in *vola manus*, & *planta pedis* admodum crassa est.

**COLOR** in muco malpighiano sedet, qui *albus* in europaeis, *niger* in æthiopibus, *fuscus* in hispanis est.

**Usus** Sensiles papillas cutaneas tegit, ne aere exsiccantur, & doleant. Hinc moderatur transpirationem, & sensilitatem cutis.

### C U T I S.

Est membrana crassa, quæ inter epidermidem, & telam cellulosa locatur, totam superficiem externam corporis tegit, atque etiam in omnes aperturas se insinuat.

**DIVISIO** in *superficiem exteriorem*, quæ cum epidermide  
in *superficiem interiorem*, quæ cum tela cellulosa coheret.

**SUBSTANTIA** ex textura *fibrosa*, *vasculosa*, & *nervea*.

**ARTERIÆ CUTANEÆ** exhalant perpetuo liquidum tenuem.

**VENÆ CUTANEÆ** inhalant, seu absorbent illa, quæ cuti applicantur.

**NERVI CUTANEI** in superficie superiori, præcipue in digitorum apicibus, *papillas nerveas* formant, quæ organum tactus constituant.

In inferiori superficie cutis sedent *glandulæ subcutaneæ*, quæ sebum secernunt, & *bulbi pilorum*, e quibus pili ex crescunt.

Usus. Cutis est organum sensationis.

— Exhalationis.

— Inhalationis.

— Defensionis.

### U N G U E S.

Sunt laminæ corneaæ, quæ apicibus digitorum manus, & pedis inhærent.

DIVISIO in marginem.

— radicem,

— latera.

SUBSTANTIA est cornea, epidermide tecta, e muco malpighiano exsiccatu nata, sine vasis, & nervis.

Usus I. ad defendendas papillas nerveas a contusione.

2. ad res minutas colligendas.

### P I L I.

Sunt filamenta tenuia, ex cute excrementia, elastica, ficca.

SUBSTANTIA. Constant I. bulbo, qui sub cute hæret, & qui vesicula vasculosa, & nervea est.

II. ex trunco, qui cutem, & cuticulam perforat succo colorato, & peculiari vagina componitur.

COLOR varius est, castaneus, rufus, albus, niger.

Coloris in succo medulloso pili sedes est.

SITUS varius est, & nomen varium, ut pili vocantur  
*Capilli* in capite.  
*Supercilia* supra oculos.  
*Cilia* in margine palpebrarum.  
*Vibrissæ* in narum foraminibus.  
*Pili auriculares* in meatu auditorio.  
*Miftax* est barba in superiori.  
*Barba* est in inferiori maxilla.  
*Pili subaxillares* sub axillis.  
 — ani circa anum.  
 — pubis in regione pubis.  
 — *Cutanei*, seu *lanugo*, quæ in toto cor-  
 pore fere est, sola manus, & planta  
 pedis exceptis.

LONGITUDO, & usus pilorum admodum variat.

#### M E M B R A N A A D I P O S A.

Est membrana ex *cellulis* exiguis membranaceis for-  
 mata.

SITUS, sub cute infra musculos, omnesque partes  
 molles.

DIVISIO in *telam cellulofasam*, quæ vaporem tenuem  
 — *membranam adiposam*, quæ oleum  
 crassum continet.

— *textum fibrosum*, quod ex solis fila-  
 mentis conflatetur.

SUBSTANTIA ex tenui membrana, quæ *cellulas*  
 exiguae variæ figuræ format. Hæ *cellulæ* va-  
 sculis sunt plenæ, & peculiaribus *aperturis*  
 inter se communicant.

Usus. Superficiem corporis tegit, defendit, partium mollium omnium vinculum est commune, frigus arcet, fibras musculares reddit lubricas, flexiles conservat. Omnium fere membranarum substantias format.

### DE CAPITE GENERATIM.

Partes, quæ caput constituunt, dividuntur  
in *externas*, & *internas*.

Partes *externæ*, seu *continentes* sunt

I. *Integumenta communia cum capillis.*

II. *Expansia tendinea.*

III. Tria paria *muscularum*, qui cranii ambitum tegunt.

2. *Musculi frontales.*

2. ————— *temporales.*

2. ————— *occipitales.*

IV. *Pericranium.*

V. *Cranium ipsum*, quod ex duabus tabulis, & intermedio diploë constat.

Partes *internæ*, seu *contentæ* sunt,

I. Tria *integumenta cerebri*, nempe:

*dura mater.*

*membrana arachnoidea.*

*pia mater.*

II. *Cerebrum.*

III. *Cerebellum.*

IV. *Medulla oblongata.*

V. 9. *paria nervorum.*

VII. 4. Arteriæ 2. Carotides internæ.

2. Vertebrales.

VII. 22. Sinus venosi.

### DURA MATER.

Est membrana crassa, quæ internæ superficiei craniī præcipue circa suturas fortiter adhæret.

PROCESSUS, quos format, in *internos*, & *externos* dividuntur.

PROCESSUS *interni* sunt:

I. *Processus falciformis*, qui a crista galli ossis ethmoidei incipit, per medietatem ossis frontis, sub sutura sagittali, & medietatem ossis occipitalis progreditur, atque in spina cruciata hujus ossis finitur. Figuram habet falcis, & cerebrum in duo hemisphæria dividit.

II. *Tentorium cerebelli*, processus membranosus est, qui a medietate ossis occipitalis ad margines superiores ossis petroſi, tentorii adinflar, extensus est.

III. *Septum cerebelli*, processus parvus est, qui longitudinaliter inferiori medietati ossis occipitalis adhæret, & cerebellum aliquantum subdividit.

PROCESSUS *externi* sunt totidem, ac foramina craniī nempe 10. *pares*, & 2. *impares*, a foramine per quod exirent nomen habent. Maximus processus externus est.

*Vagina medullæ spinalis*, quæ illam per totum specum vertebralem vaginæ adinstar comitantur.

SUBSTANTIA duræ matris constat ex duplice lamina, quæ texto fibroso cohærent.

ARTERIÆ sunt, *meningea anterior*, ramus carotidis *externæ* est, qui per fissuram orbitalem superiorem, &

— *media* etiam carotidis *externæ* ramus, qui per foramen spinosum intrat.

— *posterior*, ramus arteriæ vertebralis est, qui in ipso crani cavo nascitur.

VENÆ. *Sinus venosi* vocantur in dura matre. Numero sunt XXII. quorum primi tres Chyrurgo notabiles.

I. *Sinus longitudinalis superior*, qui supra foramen cæcum ossis frontalis incipit, dein in margine superiori processus falciformis sub osse frontis, futura sagittili, & osse occipitali ad medietatem hujus ossis finitur in duos *ramos laterales*, qui vocantur.

II. 2 *Sinus laterales*, qui in osse occipitali arcus adinstar a sinu longitudinali ad foramen lacerum pergunt, & ibi exent in venas jugulares internas.

III. *Sinus longitudinalis inferior*, qui in inferiori margine processus falciformis est.

IV. *Sinus, torcular Herophili* dictus, super tentorio cerebelli.

V. 2 *Sinus occipitales anteriores*, ad latera foraminis occipitalis magni.

VI. *Sinus occipitalis posterior*, in septo cerebelli.

VII. 2 *Sinus transversi*, processus basilaris ossis occipitis.

VIII. 6 *Sinus petrosi* in osse petroso.

2 *anteriores*.

2 *medii*, seu *superiores*.

2 *posteriores*.

IX. 2 *Sinus cavernosi*, ad latera sellæ turcicæ ossis sphenoidalis. Sunt capacissimi.

X. *Sinus circulares*, sellæ turcicæ, qui glandulam pituitariam abiunt.

XI. 2 *Sinus orbitales*, infra fissuras orbitales.

**NERVI.** Insensibilis membrana nulos habet nervos.

**GLANDULEÆ**, globatæ sunt, & a *Bacchione* nomen habent *Bacchionianæ*.

**USUS** Periostium internum crani, & sinus firmat. Cerebrum defendit, continet.

*Processus interni cerebrum*, & cerebellum a proprii ponderis pressione defendant.

externi vaginas nervorum, & medullæ spinalis formant.

### MEMBRANA ARACHNOIDEA.

Est membrana tenuis telæ aranæ similis, quæ intraduram, & piam matrem locatur, & non so-

lum cerebrum, sed etiam cerebellum, medullam oblongatam, & medullam spinalem singulatim circumvestit.

SUBSTANTIA est tenuissimum textum filamentosum,  
quod sine vasibus, & nervis est.

Usus hujus membranæ ignoratur.

### PIA MATER.

Tenuis est membrana, quæ cerebro, cerebello, medullæ oblongatae, & spinali firmissime accreta est.

SUBSTANTIA est fere penitus vasculosa.

PROCESSUS CHOROIDÆ, est processus vasculosus piæ matris, qui in anterioribus ventriculis cerebri locatur.

Usus hujus membranæ est, ut vasæ cerebri distribuat, & substantiam cerebri contineat.

### CEREBRUM.

Est magnum illud viscus, quod in cranii cavo continentur.

FIGURA est fere ovalis, Cerebrum hominis est omnium animalium maximum.

DIVISIO superius, a processu falciformi in duo hemisphaeria.

inferius a basi cranii in 6. lobos dividitur.

SUBSTANTIA cerebri dividitur in corticalem, & medullarem.

*Substantia corticalis* exterior est, mere vascu-  
losa, grisei coloris, & ubique gyrosa.

— *medullaris* interior totum cerebri volu-  
men facit, mere nervea est, albi coloris.

**CAVA PRINCIPALIA CEREBRI** sunt,

I. 2 *Ventriculi anteriores*, seu *laterales*, sunt  
duo cava semilunaria, quæ a mediis cerebri  
lobis ad primos excurrunt, & *septo pella-  
cido* a se invicem separantur. Vapor aqueus,  
& plexus choroideus piæ matris in illis con-  
tinetur.

II. *Ventriculus tertius* est spatium, quod inter  
thalamos nervorum opticorum relinqitur. Ri-  
mam oblongam repræsentat hic ventriculus,  
*duo orificia* habens, *unum anterius*, quod in  
eius principio, *alterum posterius*, quod in  
eius fine est.

*Orificio anterius vulva*, seu *rima* ad *infundibulum*  
vocatur. *Infundibulum* est canalis, qui a vulva,  
ad glandulam pituitariam in sella turcica loca-  
tam, abit.

*Orificio posteriorius, anus*, seu *rima* ad aquæ du-  
ctum *Sylvii* vocatur, qui *ductus canalis* est,  
qui sub corporibus quadrigeminis finitur cum  
*magna valvula cerebri*.

III. *Ventriculus quartus* est spatium, quod intra  
cerebellum, & medullam oblongatam relin-  
quitur. In hoc ventriculo *rima* est, oblonga,  
quæ *calamus scriptorius* vocatur, a *valvula*

magna cerebri incipiens, in fundo hujus ventriculi finitur.

PROMINENTIAE PRINCIPALES cerebri sunt,

1. *Corpus callosum*, est prominentia oblonga medullaris, quæ diductis anterioribus, & mediis cerebri hemisphæriis conspicua est, a cursu medullæ utriusque hemisphærii nascitur.
2. *Centrum ovale*, est superficies medullæ totius, unde resecto cortice se conspectui exhibens.
3. *Raphe*. Sunt striæ duæ medullares prominentes, quæ secundum longitudinem gibbæ superficie corporis callosi decurrunt.
4. *Septum pellucidum*, est membrana medullaris, dupli lamina parum distantibus constans, ortis ex inferiore superficie corporis callosi, & terminatis in superficiem superiorem cruris anterioris fornicis. Dividit ventriculos cerebri laterales a se invicem secundum longitudinem.
5. *Fornix* est corpus medullare tribus cruribus constans, in fundo ventricorum sub septo pellucido locatum. *Crus anterius* sub septo pellucido incipit, & circa summam circumferentiam corporum striatorum terminatur. *Crura posteriora* postrorsum eundo arcuum instar a se invicem secedunt, & terminantur ad finem ventricorum lateralium. Hi fines *cornua ammonis*, seu *arietis* vocantur.
6. *Lyra*, seu *Psalterium*. Fibræ medullosoæ prominentes, plures, chordarum lyræ instar,

quæ in inferiori superficie ad locum dehiscen-  
tiæ cruris anterioris fornicis locantur.

7. *Processus digitales*. Sunt corpora medullaria oblonga, superiori margini cornuum arietis insidentia.
8. *Pedes Hypocampi*, sunt extremitates processuum digitalium.
9. *Corpora striata*, sunt duæ protuberantiae coloris crisei, anterius sub singulo ventriculo antico una locatur.
10. *Thalami nervorum opticorum*, sunt protuberantiae duæ posteriores ventriculorum cerebri, extus albicantes intus criseæ, desinentes in nervos opticos.
11. *Valvula magna cerebri*, est pavimentum aquæductus Sylvii.
12. *Comissura anterior superior*, est cylinder medullaris ex utriusque hemisphærii medulla concurrente genitus, decurrit supra vulvam sub fornice.
13. *Comissura posterior cerebri*, est cylinder medullaris alias supra anum locatus.
14. *Corpora quadrigemina*, quæ 4. prominentiæ medullares sunt. Anterior vocantur *nates*, posteriores autem *testes*.
15. *Nates* hærent mox pene thalamos nervorum opticorum.
16. *Testes* mox retro nates locantur.
17. *Glandula pinealis*, est tuberculum cerebri-  
num, conflans cortice, & pauca medulla,  
apice

apice deorsum verso in interstitio natum hærens, & eis pro parte incumbens.

18. *Glandula pituitaria*, non est prominentia cerebrina, sed vera glandula globata, quæ intra duplicaturam duræ matris in cavitate sellæ turcicæ hæret.

19. *Eminentiae candidantes*, sunt duæ sphærule medullares albissimæ, quæ pone infundibulum in basi crani locantur.

20. *Crura cerebri*, sunt duæ columnæ medullares, crassiores cruribus cerebelli. Exeunt ex basi cerebri sub corporibus striatis, progrediuntur postrorsum, & terminantur in pontem Varolii.

**INDOLES CEREBRI.** Cortex ejus est insenilis; medulla autem est sensilissima.

**ARTERIAE CEREBRINÆ** sunt rami *carotidum internarum*, & *vertebralium*.

**NERVI**, Cerebrum nervos non habet, sed 9. paria emittit

**VENÆ**, ex cortice cerebri redeunt, & se evacuant in 22. sinus venosos duræ matris.

**USUS** cerebri est, ut ex cortice vasculofo secernatur in tubulos medullæ tenuissimum liquidum, quod *liquidum nerveum* vocatur, quod sensibus, atque motui muscularum inservit.

### C E R E B E L L U M.

Est cerebrum parvum in fossis occipitalibus inferioribus, sub tentorio locatum.

FIGURA est rotunda.

DIVISIO a septo cerebelli in lobum dextrum, & sinistrum.

SUBSTANTIA externa *corticicalis*, sed crassior, quam in cerebro, interna *medullaris* est.

PROMINENTIÆ.

*Crura cerebelli*, sunt duæ columnæ, ex medulla cerebelli exeuntes, & in pôtem Varolii terminatæ.

*Processus vermiciformis anterior*, est lacertus tumidus instar vermis spiraliter contortus, ex cortice, & medulla confectus, hærens ad interstitium anterius lobi dexter cerebelli.

*Processus vermiciformis posterior*, est lacertus similis priori, hærens ad interstitium oppositum cerebelli.

*Arbor vitae*, est medulla cerebelli, intra corticem ejus instar arboris in ramos collecta, quæ mediatis dissecata cerebello apparet.

CAVITATES, seu ventriculos cerebellum nullos habet.

VASA cum cerebro communia sunt.

USUS cerebelli idem est, ac cerebri.

MEDULLA OBLONGATA.

Est pars inere medullosa, quæ processui basilari ossis occipitis incumbit, facta ex concurrentibus cruribus cerebri, & cerebelli. In ea notatur.

1. *Pons Varolii*, est corpus connexum longitudinaliter decurrens, & medullam oblongatam in superficie superiori in lobos duos dividens.
2. *Corpora pyramidalia*, sunt duas prominentias medullares internas, &
3. *Corpora olivaria*, sunt tales prominentias externas, quae omnes quatuor inferiorem medullam oblongatae superficiem, & finem constituant.

### M E D U L L A S P I N A L I S.

Est continuatio medullae oblongatae, quae in specum vertebralem a foramine occipitali magno ad terram vertebram lumborum descendit.

**F I G U R A** est cylindrica, in fine definit in varios nervos, qui *caudam equinam* formant.

**I N T E G U M E N T A.** Habet vaginam ex dura matre, arachnoidea, & pia matre.

**S U B S T A N T I A** est extus medullaris, intus corticalis.

**A R T E R I A E** *spinale*s anteriores sunt rami ab arteriis vertebralibus e crano retrogradi.

**V E N E Z**, quae *spinale*s dicuntur, varios sinus in specu vertebrale formant.

**U S U S** est, ut emittat 3 i. paria nervorum, qui *spinale*s vocantur.

### O C U L U S.

Partes, quae oculum constituunt, dividuntur in illas, quae *extra*, & eas, quae *intra* bulbum oculi locantur.

PARTES EXTERNÆ sunt,

1. *Supercilia*, duo arcus pilosi supra orbitam locati.
2. *Cilia*, pili parvi, rigidi, tarsis palpebrarum accreti.
3. *Palpebrae*, quarum una *superior*, altera *inferior* est. *Margines* habent cartilagineos, qui *tarsi* vocantur. Ad marginem tarorum glandulae locantur, quæ *Meibomianæ* dicuntur.
4. *Glandula lachrymalis*, quæ in externo orbitæ cantho in peculiari fovea ossi frontali insculpta locatur, ex hac glandula *tex*, vel plures canales, qui *ductus lachrymales* vocantur, exirent, & in interna superficie palpebrae superioris aperiuntur.
5. *Caruncula lachrymalis*, quæ in interno tarorum palpebralium angulo locatur.
6. *Puncta lachrymalia*, sunt duo orificia callosa, quæ in apicibus tarorum in internum palpebrarum angulum hiant. Unum in superiori, alterum in inferiori palpebra est.
7. *Canales lachrymales*, sunt duo canales tenues qui a punctis lachrymalibus incipiunt, atque unus eorum supra, alter infra carunculam lachrymalem in saccum lachrymalem abit.
8. *Saccus lachrymalis*, est saccus membranaceus figuræ ovalis, qui in peculiari fossa ossa, ab osse lachrymali, & maxillari superiori formata, in interno oculi cantho locatur. Con-

flat dupli membrana, *externa* tendinea, *interna* pituitaria est.

9. *Ductus nasalis*, est canalis membranaceus, qui ab inferiori parte facci lachrymalis per canalem osseum deorsum, ac paulo retrorsum in cavitatem narium abit, & sub inferiori osse spongioso in naribus aperitur.
10. *Membrana semilunaris*, quæ retro carunculam lachrymalem locatur, in homine parva est, & ab uno tarsorum palpebralium apice ad alteram extenditur.
11. *Musculi palpebrarum*, vide *Myologiam*.
12. *Musculi bulbi ocularis*, quorum 6. sunt, v. *Myologiam*.
13. *Pinguedo orbitalis*, quæ bulbum, & musculos obducit.
14. *Orbita* est cavitas conoidea, quæ 7. ossibus formatur, & periosteo, quod *Periorbitam* vocant, obducitur, v. *Osteogiam*.
15. *Membrana conjunctiva*, quæ a colore etiam albuginea vocatur, est membrana laxa, quæ internam palpebrarum superficiem bulbi, nempe scleroticanam, & corneam transparentem obducit.

BULBUS OCULI constat oculo membranis.

duabus *cameris*, &  
tribus *humoribus*.

MEMBRANÆ bulbi omnes 8. sibi solummodo contiguæ, non autem continuaæ sunt.

4. in parte postica bulbi.

*Sclerotica.*

*Choroidea.*

*Retina.*

*Hyaloidea.*

4. in parte antica bulbi.

*Cornea transparens.*

*Iris.*

*Uvea.*

*Capsula lentis crystallinæ.*

1. *Membrana sclerotica*, quæ est extima, crassa, dura, albicantis coloris a nervo optico incipit, cavum sphæricum format, & ad marginem corneæ transparentis definit. Discus anterior scleroticae pellucidus est, innumeris lamellis concentricis, & pellucidis constat, & *cornea transparens* vocatur.

2. *Membrana choroidea*, est media bulbi tunica nigri coloris, admodum vasculosa, a nervo optico incipit, internam superficiem scleroticae ad marginem corneæ transparentis usque obducit. Hic loci a cornea secedit, & transversim reæ introrsum reflectitur, & velum liberum, in medio foramine rotundo perforatum, format. Hic membranaceus processus choroideæ in anteriori superficie *Iris*, in posteriori superficie *Uvea* vocatur. Et foramen rotundum in medietate relictum, dicitur *Pu-*

*pilla.* Hoc foramen dilatari, & angustari potest a fibris motricibus non visilibus.

3. *Membrana retina* intima bulbi tunica est, albicans coloris, & muco similis, a nervo optico, cuius propago medullaris est, incipit, intimam superficiem choroideæ usque ad marginem lentis crystallinæ obducit, ibique finitur.

#### CAMERÆ OCULI sunt,

1. *Camera anterior*, est spatium cavum, hemisphericum, quod anterius a concava superficie cornæ transparentis, & posterius a superficie iridis, & pupillæ formatur.

2. *Camera posterior*, est spatium illud parvum quod anterius a tunica utea, & pupilla, posterius autem a superficie anteriori lentis crystallinæ relinquitur. Utraque oculi camera humore aqueo plena est.

#### HUMORES OCULI sunt,

1. *Humor aqueus* est humor, qui utramque oculi cameram implet.

2. *Lens crystallina* est corpus pellucidum, lentem magnitudine, & forma referens, ex lamellis tenuissimis, pellucidis, & concentricis constans, quod retro pupillam in peculiari fo- vea, humori vitreo impressa, & peculiari membranacea, pellucidaque capsula libere inclusa est. Hoc receptaculum vocatur *capsula lentis* crystallinæ. Et margo inter lentem, &

capsulam, aqua impletus, dicitur *Canalis Petitianus.*

3. *Humor vitreus*, est corpus pellucidum, sphæricum, magnum, quod totam bulbi cavitatem a fundo usque ad uream fere explet, & sustinet. Constat cellulis tenuissimis, pellucidissimis, quæ simili lympha explentur. Extima ejus tota superficies, membrana forti, pellucidissima tamen, investitur, quæ *membrana hyaloidea* vocatur. In anteriori humoris virei parte fovea est, cui infidet lens crystallina.

Ambitus humoris virei circa capsulam lentis *orbiculo* a strigis nigris formato, circumdatur, qui *ligamentum ciliare* vocatur.

**C**ONNEXIO BULBI *antrorum* fit ope conjunctivæ cum palpebris, *posteriorum* ope muscularum rectorum bulbi, & nervi optici, & pinquedini cum *orbita*.

**A**RTERIÆ oculi sunt *orbitalis interna*, & *centralis nervi optici*, quæ nervum perforans retinæ dat ramos, & arteriam *opticam*, quæ per humorem vitreum ad lenticulam pergit.

**V**ENÆ oculi se evacuant in *venam ophthalmicam*, hæc in venas jugulares externas.

**N**ERVI sunt: *opticus*, qui in postica bulbi parte sclerotica, & choroideam perforat, & dein tunicam retinam constituit. Demum rami *a tertio*, *quarto*, *quinto*, & *sesto* pari nervorum cerebri.

**U**sus oculi. Est organum visus.

PARTES MOLLIES  
dumor  
Partes molles  
1. Auriu  
segmentum  
varia p.  
Helix, sc.  
Anthelix  
licem  
Tragus  
licis.  
Antitragus  
licis.  
Concha  
repens  
Scapha, sc.  
tenoris  
Lobulus,  
2. Miltus  
cula  
3. Mandibula  
dorsum  
dermis  
rotulae  
Partes molles  
1. Periorbita  
2. Membrana  
3. Tuba

## A U R I S.

PARTES MOLLES, quæ aurem constituant, dividuntur in *externas*, & *internas*.

Partes molles *externæ* sunt,

1. *Auricula*, quæ cartilaginea, & macilentis integumentis vestita est. In auricula notantur variæ prominentiæ, & sinus. Ut

*Helix*, seu margo replicatus extimæ peripheriæ.

*Anthelix* est longiuscula protuberantia ante helicem sita.

*Tragus* est eminentia in margine anteriore helicis.

*Antitragus*, eminentia in parte inferiori anthelice.

*Concha auriculæ* vocatur cavum, sub anthelice reperiendum.

*Scapha*, seu *fossa navicularis*, quæ in parte anteriori anthelice est.

*Lobulus*, qui inferius ab auricula dependet.

2. *Meatus auditorius externus*, a concha auriculæ ad tympanum pergit.

3. *Membrana tympani*, quæ in fine meatus auditorii deprehenditur, & ex 4. *tunicis*, epidermide, cute, membrana communis, & periosteo auris internæ constat.

Partes molles *internæ* sunt,

1. *Periostrum auris internæ*.

2. *Membrana communis auris internæ*.

3. *Tuba Eustachiana*, quæ ossea, & angusta ex cavo tympani oritur, dein amplior, & cartila-

ginea fit, & tandem limbo membranoso retro velum palatinum juxta alam externam processus pterygoidei finitur.

**MUSCULI**, qui officula auditus, & auriculam movent, in *Myologia* explicantur.

**ARTERIAE** auris sunt,

*Auditoria externa*, quæ carotidis externæ, &  
*Auditoria interna*, quæ arteria vertebralis ramus est.

**VENÆ** auditoriæ in jugulares externas se evacuant.

**NERVI auris internæ** sunt rami, *nervi auditorii mollis*.

**NERVI auris externæ** sunt, rami *nervi auditorii duri*.

**GLANDULÆ**, quæ cerumen secernunt, locantur sub cute meatus auditorii externi.

**OSSA**, quæ cavitatem auditus constituant in *Osteologia* recensentur.

**Usus. Auris** est *organum auditus*.

### N A S U S.

Prominentia faciei, quæ *Nasus* vocatur, dividitur.

- in *radicem*,
- *dorsum*,
- *apicem*, &
- *alas nasi*.

**PARTES molles**, quæ ossa nasi tegunt, sunt,

1. *Integumenta communia*.

2. **Musculi**, qui alas narium movent in *Myologia* describuntur.

3. *Cartilaginiæ*, qui nāsum constituunt, sunt,  
*pars antica septi*, &  
*alæ nāsi*.
4. *Periostium*, & *perichondrium nāsi*.

*Partes molles narium*, seu nāsi interni sunt,

1. *Membrana pituitaria nāriū*, quæ nervea,  
& vasculosa est, muco oblinita, & totam su-  
perficiem internam narium, sinuumque, &  
ossa spongiosa narium investit.

2. *Periostium narium*, quod ossa obducit.

*OSSA*, quæ nāsum, atque nares constituunt, in *oste-  
logia* recensita fuere.

*ARTERIAE* narium sunt rami *maxillaris internæ*.

*VENÆ* se evacuant in *jugulares internas*.

*NERVI*, qui in membrana pituitaria *papillas nerveas*  
formant, sunt *rami nervi olfactori*, *nervi  
ophthalmici*, & *maxillaris superioris*.

*GLANDULÆ MUCIPARÆ* membranæ pituitariæ mu-  
cum narium excernunt.

*USUS nāsi* est pro *odoratu*.

*respiratione.*

*loquela.*

*ornamento faciei.*

### C A V I T A S O R I S.

*PARTES*, quæ oris cavum constituunt, sunt *externæ*,  
& *aliæ internæ*.

*PARTES* oris, *externas* faciunt,

1. *Labia oris*, quorum unum *superius*, alterum  
*inferius* est. In his notanda veniunt.

*Frænula*, plicæ cutanæ sunt, quæ medietatem internam labii ad gingivas necunt.

*Anguli*, seu commissuræ labiorum.

*Philtrum*, seu oblonga fovea in medietate labii superioris.

*Margines rubri* labiorum, qui cute admodum vasculosa, & nervea constat, atque subtili epidermide, quam *Epithelium* vocant, teguntur.

2. *Mentum*, seu pars prominula, & media sub labio inferiori, quæ in viris adultis *Barba* circumdatur. *Miftax* autem est barba labii superioris.

3. *Buccæ*, quæ partes molles, musculosæ, & laterales labiorum oris sunt.

**SUBSTANTIA** harum partium integumentis communibus, variis muscularis, & utraque maxilla constat.

**ARTERIÆ** oris externi, sunt rami arteriæ *infraorbitalis*.

*alveolaris inferioris*, &  
*facialis*, quæ *coronarias* labiorum dat.

**VENÆ** harum partium in *jugulares externas* se evanescunt.

**NERVI** sunt a *quinto*, & *septimo* pari, nempe rami *nervi infraorbitalis*.

— *maxillaris inferioris*.

— *auditorii duri*.

D  
PARTES oris  
1. Palat.  
uvular.  
2. Duo  
commiss.  
3. Gingiv.  
lata, &  
4. Lingua  
& inf.  
5. Bucca  
tes ell.  
6. Tria  
que  
7. Os  
illa  
dentes  
fentur.  
MENSTRUATIONE  
partes  
& cui  
Usus oris

corpus  
bile,

## PARTES oris internas constituunt.

1. *Palatum*, quod crassa cute tectum est, & ad uvulam usque prolongatur.
2. Duo *arcus alveolares*, qui gingivis obducuntur.
3. *Gingivæ*, quæ substantia admodum vasculosa, & elastica constant.
4. *Lingua*, quæ oris cavum in *supralinguale*, & *infralinguale* dividit.
5. *Buccarum cavum*, quod intra buccas, & dentes est.
6. Tria paria glandularum *salivalium*, carumque *ductus excretorii*, vide *Adenologiam*.
7. *Ossa*, quæ oris cavum constituunt, ut maxilla inferior, & superior, ossa palatina, dentes, & os hyoides in *Osteologia* recententur.

MEMBRANA ORIS COMMUNIS, quæ omnes has partes molles investit, nerveo-vasculosa est, & cuti continua.

Usus oris est *masticatio*.

*loquela.*

*respiratio.*

*deglutitio.*

*suæcio.*

*gustus.*

## LINGUA.

Est corpus musculosum, in omnem ambitum mobile, in oris cavo situm.

DIVISIO linguae est in basim, seu radicem.

*corpus.*

*latera.*

*apicem.*

atque a linea, seu sulco mediano in medietatem dextram, & sinistram dividitur.

CONNEXIO. Basis ope musculorum ossi hyoidi adhæret.

Superficies inferior, ope plicæ cutanæ, quæ frenulum vocatur, fundo cavi infralingualis adnectitur.

Latera linguae per ligamenta membranacea maxillæ inferiori alligantur.

FORAMEN CÆCUM, quod glandulis muciparis plenum, in basi linguae superne conspicuum est.

PAPILLÆ NERVEÆ triplicis figuræ, pyramidales, fungiformes, & conoideæ in superiori linguae superficie observantur.

SUBSTANTIA linguae carneæ est, quæ crasso integumento investitur.

INTEGUMENTUM linguae constat I. *cuticula.*

II. *muco malpighiano* tenuissimo.

III. *cute* admodum papillosa, &

IV. *tela cellulosa.*

SUBSTANTIA CARNEA, fibras longitudinales, transversales obliquas, & verticulas exhibet.

MUSCULI, qui linguam movent in intrinsecos, & extralinguales divisi, in Myologia considerantur.

ARTERIAE LINGUALES, sunt utrimque rami carotidis externæ, atque in inferiori linguae superficie, raninæ vocantur.

VENÆ in jugulares externas se evacuant.

NERVOS lingua habet magnos a quinto pari.

ab octavo, &

a nono pari.

GLANDULÆ muciparæ multæ, circa foramen cæcum in lingua locantur.

USUS linguae. Infervit loquelæ.

masticationi.

deglutitioni.

suctioni.

gustui.

## DE COLLO GENERATIM.

Partes, quæ collum constituunt, dividuntur  
in externas, seu continentes, &  
in internas, seu contentas.

Partes externæ sunt,

1. Integumenta communia.
2. Musculi.
3. 7 vertebrae colli.
4. Medulla spinalis colli.
5. 8 Paria nervorum cervicalium.
6. 2 Arteriae carotides.
7. 2 Arteriae vertebrales.
8. 2 Venæ jugulares externæ.
9. 2 Venæ jugulares internæ.

10. *Glandulæ jugulares.*

11. *Glandula thyroidea.*

12. *Nervorum cerebri par oclayum,  
& intercostale magnum.*

**Partes internæ sunt 1. Fauces.**

2. *Pharynx.*

3. *Oesophagus.*

4. *Larynx.*

5. *Trachea.*

### F A U C E S.

**CAVUM**, quod retro linguam, & velum palatinum est, sic vocatur.

*Pars suprema* formatur a processu basilari ossis occipitalis.

*Pars antica* a foraminibus posticis narium.

ab *uvula*, quæ pars glandiformis est, ab ossibus palatinis in fauces pendula.

ab *amygdalis*, quæ partes glandulosæ sunt, & ad latera veli penduli hærent.

a *velo pendulo*, quod membrana est ad latera uvulæ arcus ad instar ab ossibus palatinis dependens.

*Pars postica* faucium a corporibus vertebrarum colli

*Pars infima* a larynge, a pharynge formatur.

*Partes laterales* constituuntur a processu petroso ossis temporis, ex quo tubæ Eustachianæ in fauces hiant, & retro amygdalas aperiuntur.

MEMBRANA

MEMBRANA COMMUNIS, muciparis glandulis plena, investit omnes has partes.

ARTERIAE FAUCIUM, sunt rami carotidis externae, praesertim maxillaris internae.

VENÆ se evacuant in venam jugularem internam.

MUSCULOS, qui uvulam, velum pendulum, laryngem, & pharyngem movent, vid. in Myologia.

OSSA, quæ fauces constituant v. in Osteologia.

NERVI sunt a pari quinto, & octavo.

USUS faucium. Inserviunt Deglutitioni.

Respirationi.

Loquela.

Auditui.

### P H A R Y N X.

Est *saccus* musculosus, qui infundibulo similis, retro laryngem faucibus adhaeret, & in oesophagum terminatur.

Ope suorum muscularum adnectitur basi crani, vertebris colli, laryngi, & osi hyoidi. V. Myolog.

### O E S O P H A G U S.

Est tubus membranaceo-musculosus, qui a pharynge ad ventriculum descendit.

SITUS. A termino pharyngis incipit, in collo retro tracheam, & ante corpora vertebrarum colli aliquantum sinistrorum, dein in cavo postico mediastini per pectus, & foramen sinistrum diaphragmatis in cardiam ventriculi abit.

SUBSTANTIA est ex 4. membranis, quarum

1. communis.
2. muscularis.
3. nervea.
4. villosa est.

ARTERIAE OESOPHAGEÆ sunt rami *Aortæ*.

VENÆ se evacuant in *azigam*.

NERVOS habet ab oðayo pari, & nervo intercostali magno.

GLANDULÆ MUCIPARÆ ubique sub interna membrana locantur. Glandulæ due magnæ *dorsales* œiophagi dicuntur, circa 4. vertebram dorsi affident.

USUS est pro deglutitione.

### L A R Y N X.

Est *capsa cartilaginea*, quæ retro linguam in parte antica faucium locatur.

Constat ex 5. *cartilaginibus*.

*variis musculis.*

& interna membrana *nervea*.

CARTILAGINES sunt,

1. *Cartilago annularis*, seu *crycoidea*, quæ partem inferiorem constituit, cui reliqua insident.
2. *Cartilago thyroidea*, seu *scutiformis*, quæ latissima est, annulari insidet, & partem antiam laryngis format.
3. *Epiglottis*, quæ potius membrana cartilaginea, elastica est, supremæ parri cartilaginis scutiformis adhæret, & retroprimi potest.

4. Duæ *cartilaginiæ arytenoideæ*, quæ margini postico, & laterali cartilaginis annularis insident; antrorum flectuntur, & sic *rimam* intra se relinquunt, quæ *rima laryngis* vocatur, seu *glottis*.

**MEMBRANA NERVEA** glandulis muciparis plena, internam superficiem laryngis obducit.

**MUSCULI**, qui laryngem movent, & proprii, qui *rimam* ejus ampliare, & angustare valent, in *Myologia* recensentur.

**ARTERIAE LARYNGÆ** sunt rami *carotidis externæ*.

**VENÆ** laryngis in *jugularem internam* se evacuant.

**NERVI** laryngis sunt rami *oculai* paris.

**GLANDULA**, quæ *thyroidea* vocatur, magna est, & cartilagini annulari adhæret.

**USU S.** Larynx est organum vocis, & simul respirationi inservit.

### T R A C H E A.

Est *tubus* ex nullis cartilagineo-carneis constans, qui ante *œsophagum* a larynge incipiens ad *jugulum sterni* descendit, & ibi in duos ramos, quos *bronchia* vocant, dividitur.

*Bronchia* hæc pulmonum substantiam ingressa, in inumeros ramulos dividuntur, qui in *vesiculos pulmonales* ultimis finibus terminantur. *Annuli cartilaginei* cum tracheæ, tum bronchiorum, non sunt integre cartilaginei, sed in parte postica carnei fiunt.

*Spatia interannularia*, ex fibris muscularibus longitudinalibus, & annularibus constant.

**MUSCULI MESOCHONDRIACI LONGITUDINALES** sunt fibræ musculares, quæ ab uno ad alterum descendunt annulum tracheæ, atque bronchiorum. Accurant tracheam, & bronchia.

**MUSCULI MESOCHONDRIACI TRANSVERSALES** sunt fibræ musculares, quæ transversim ab uno segmenti annularis defestu ad altum pergunt. Coardant tracheam, & bronchia.

**INTERNA SUPERFICIES laryngis**, tracheæ, bronchiorum, & vesicularum pulmonalium *membrana nervea*, glandulis muciparis plena, investitur.

**EXTIMA**, & anterior tracheæ superficies tegitur mucusis sternohyoideis, & sternothyroideis.

**VASA**, & **nervos** cum larynge communia habet.

**Usus** est ad *respirationem*, & *loquelandam*.

### DE THORACE GENERATIM.

**CAVUM**, quod intra collum, & abdomen locatur, thorax, vel pectus vocatur.

**FIGURA** hujus cavitatis cavæ aviculari similis est, *inferius latius*, & a diaphragmate convexo terminatur, *superior pars angustior*, & obtusa est.

**CAVUM thoracis** in 5. cavitates a mediastino dividitur.

in cavitatem thoracis dextram,  
& sinistram.

in cavitatem pericardii.

CAVUM thoracis in spatum mediastini anticum.

posticum.

PARTES, quæ thoracem constituant, dividuntur,  
in externas, seu continentes, &  
in internas, seu contentas.

Partes externæ, seu continentes sunt,

1. Integumenta communia,

2. Mammæ,

3. Musculi,

2. pectorales majores

2. —— minores.

22. intercostales externi,

22. —— interni.

4. Ossa.

24. Costæ.

12. vertebræ dorſi.

1. sternum.

5. Pleura.

Partes internæ, seu contentæ sunt,

1. In utraque cavitate thoracis sunt pulmones.

2. In cavo pericardi est cor cum auriculis, finibus, & initio magnorum vasorum.

3. In antico spatio mediastini est glandula thy-  
mus, & tela cellulosa.

4. In postico spatio mediastini est.

1. Oesophagus.

2. duod. thoracicus.

3. Arcus aortæ.

4. rami venæ cavae.

5. vena azygos.

6. oēlavum par nervorum.

7. Par nervi intercostalis magni.

FUNDUS thoracis a diaphragmate formatur, quod  
cavum thoracis a cavo abdominis discernit.

### M A M M A E.

Sunt dūo hemisphæria mollia, quæ anticæ, & laterali thoracis regioni adhærēnt, & in sexu fæmineo magis conspicuæ sunt.

In medietate externæ superficie *Papilla*, & circa eam orbiculus coloratus, qui *discus papillæ* vocatur, eminet.

SUBSTANTIA M MAMMÆ constituunt.

1. *Integumenta communia.*

2. *Substantia adiposæ*, quæ ejus molitatem, & magnitudinem format.

3. *Glandulæ lacteæ*, quæ ejus nūcleum consti-  
tuunt, & in unam massam collectæ sunt.

4. *Vasa lactea*; quæ etiam vasa galactophora  
vocantur. Hæc ex glandulis lacteis oriuntur,  
& abeunt in papillam, in qua 10. tubulis  
extrosum aperiuntur.

ARTERIÆ vocantur mammariæ: *externa arteria axillaris.*

*Interna mammaria arteria subclavia ra-  
mūs est.*

VENÆ MAMMARIÆ se evācant in vénam axilla-  
rem, & subclaviam.

NERVI sunt rami superiorum costalium, qui a dor-  
salibus oriuntur.

VASA LYMPHATICA abeunt, & se evacuant in glandulas subaxillares.

USUS est lactatio neonatorum.

### P L E U R A.

EST membrana, internam superficiem thoracis investiens, & ibi duos quasi saccos formans.

Dividitur in superficiem internam, quæ polita, & semper humida.

in superficiem externam; quæ cellulosa est.

PROCESSUM format magnum, qui Mediastinum dicitur. Hoc septimentum est, quod thoracis cavum in duas cavitates discernit. Nascitur a duplicatura saccorum duorum pleuræ, cuius duplicaturæ laminae a corporibus vertebrarum dorfi antrorum per medicatatem thoracis prolongantur, ac internæ sterni superficie ali quantum sinistrorum adhærent.

In hac duplicatura mediastini antrorum sub sterno, & postrorum circa corpora vertebrarum dorfi, spatium triangulare relinquitur, quod vocant Spatium triangulare anticum, & posticum.

Partes, quæ in his spatiis locantur, dictæ sunt.

CONNEXIO pleuræ est cum costis, musculis intercostalibus, sterno, & corporibus vertebrarum dorfi. Inferius cum pericardio, & diaphragmate.

SUBSTANTIA pleuræ est ex texto fibrosa, & vacuosa.

ARTERIAS habet ab intercostalibus.

VENÆ se evacuant in intercostales.

NERVOS paucos, vel nullos habet.

USUS est, ut thoracis superficiem politam reddat, thoracem dividat: Pulmonibus, & pericardio extimam det membranam.

### DIAPHRAGMA.

Est *septimentum carneo-tendineum*, quod thoracis cavum a cavo abdominis discernit.

SITUS est obliquus, ab apice sterni retrorsum, & deorsum ad corpora vertebrarum lumbarium usque.

DIVISIO 1. in *superficiem superiorem*, quæ convexa in *superficiem inferiorem*, quæ concava est.  
2. in *Centrum*, quod tendineum, & in *Ambitum*, qui carneus est.

ADHESIO. *Antrorsum* processui ensiformi sterni, ultimis duabus costis veris, & margini cartilagineo omnium costarum, spuriarum adhæret.

*Postrorsum* duo *crura carnea* format, quæ corporibus vertebrarum lumbarium adhærent.

SUBSTANTIA est in centro tendinea, in ambitu carnea. *Superficies superior* pleura, *superficies inferior* peritoneo tecta est.

### TRES APERTURÆ.

I. *Foramen dextrum*, quod in latere dextro, & tendineum est. Transmitit venam cavam ascendentem, quæ ex abdome in thoracem affurgit.

2. *Foramen sinistrum*, quod in sinistro latere diaphragmatis est, & transmittit œsophagum ex thorace in abdomen.
3. *Hiatus posticus diaphragmatis*, qui inter crura postica formatur. Ille hiatus transmittit arteriam aortam, venam azygos, & ductum thoracicum.

**ARTERIAE DIAPHRAGMATICÆ** sunt ab aorta descendente.

**VENÆ** se evacuant in venam azygos.

**NERVI DIAPHRAGMATICI**, seu **PHRENICI** sunt a nervis spinalibus colli.

**Usus.** Diaphragma inservit 1. *respirationi.*

2. *fitui cordis.*
3. *Expulsioni excrementorum, & partus.*

### P U L M O N E S.

Sunt duo viscera in cavitatibus thoracis locati, quibus respiramus.

**DIVISIO** in *dextrum*, & *sinistrum* pulmonem.

*dexter* in 3.

*sinister* in 2. dividitur *lobos*: in inferiori lobo pulmonis sinistri *excisura* est pro pericardio.

**CONNEXIO** pulmonis cum collo ope tracheæ. Cum corde ope vasorum pulmonalium est.

**SUBSTANTIA** pulmonis est,

1. *Vesicularis*, quæ a cellulis formatur.

2. *Vasculosa*, quæ retis ad instar cellulas investit.

3. *Bronchialis*, quæ minimis tubulis in cellulas hiat.

**BRONCHIA** in minores ramos, & demum in minimos ramulos, qui in vesiculas pulmonales ultimo hiant, in pulmonum substantia dividuntur.

**MEMBRANA EXTI MA**, a pleura est, & externam superficiem pulmonum arde circumvestit.

**MEMBRANA INTERNA** pulmonum, quæ superficiem aeræm bronchiorum, & vesicularum pulmonalium investit, nervæ est, atque membranæ internæ tracheæ continua.

**VASA PULMONUM** dividuntur in *communia*, & *propria*, seu *pulmonalia*, & *bronchialia*.

*Communia* sunt *arteria*, & *vena pulmonalis*, quæ ab ipso corde pulmonibus dantur.

*Propria* sunt *arteria*, & *vena bronchialis*, quæ aortæ, & *venæ azygos* sunt *propagines*.

**NERVOS** habent pulmones ab *octavo pari*, & *intercostali magno*.

**VASA LYMPHATICA** in externa superficie conspicua sunt.

**GLANDULÆ**, *bronchiales* dictæ, circa bronchia locantur, & muciparæ sunt.

**USUS** pulmonum est in *respiratione*,  
in *sanguificatione*,  
in *voce*.

### P E R I C A R D I U M.

Est foccus membranaceus, qui cor circumdat.

ADHÆSIO. *Infra diaphragmati,  
in lateribus pleuræ.  
anterius sterno, & cartilaginibus costarum  
verarum finistrarum inferiorum.  
posterior æsophago, & aortæ descendenti  
superius venis, & arteriis magnis, quæ  
ex corde egrediuntur, adhæret.*

ARTERIÆ PERICARDINÆ sunt rami a mammariis  
internis, & mediastinis.

VENÆ PERICARDINÆ in mammarias internas,  
& alias se evacuant.

NERVI sunt a cardiacis superficialibus.

USU S pericardii est 1. cor continere ne suo motu  
pulmones impedit, ut ab iis impediatur, at-  
que ne libere fluctuare possit: Vaporem fecer-  
nere, qui cor lubricet, & humectet, at-  
que a concretione cum pericardio præservert.

### C O R.

Est *visus* musculosum in cavo pericardii locatum,  
quod sanguinis motui inservit.

DIVISIO cordis externa est,  
    in *bafim*, seu partem latam.  
    — *superficiem superiorem*.  
        — *inferiorem*.  
    — *marginem anteriorem*.  
        — *posteriorem*.

DIVISIO cordis interna est in *dextrum*, & *fini-  
strum ventriculum*.

SITUS cordis obliquus est, non transversalis. Basis  
versus corpora vertebrarum dextrorum, &

*apex verius sextam costam finistrorum oblique locatur, adeo ut sinistralis ventriculus fere posterior, dexter autem anterior sit. Superficies inferior, diaphragmati incumbit.*

**C A V A**, quæ cordis basi adhaerent, sunt,

*Auricula dextra, quæ saccus est muscularis, qui suo orificio in ventriculum dextrum,*

*Auricula sinistra similis saccus est, qui suo orificio in ventriculum sinistrum hiat.*

*Sinus venosus dexter, qui a vena cava formatur, & in auriculam dextram aperitur.*

*Sinus venosus sinistralis, qui a venis pulmonibus formatur, & in sinistram auriculam hiat.*

*Ipsa cordis cava; ventriculi vocantur, hi a sepimento carneo, quod septum cordis dicitur, in dextrum, & sinistrum discernuntur.*

**O R I F I C I A C O R D I S.** Quilibet ventriculus in sua basi duo orificia habet, unum auriculare, per quod sanguis intrat, alterum arteriosum, per quod iterum exit.

**V A L V U L A E.** Quatuor hæc orificia valvulas habent, quæ in orifice arteriosis semilunares, in orificio auriculari dextro mitrales, in orificio auriculari sinistro tricuspidales vocantur.

*Valvula autem Eustachii est in eo loco, quo vena cava inferior cum superiori concurrit.*

**S U B S T A N T I A** cordis musculosa est.

*Fibræ exteriores sunt longitudinales, medias transversales, intimæ obliquæ.*

Interna ventriculorum superficies trabibus carneis reticulata quasi est.

INTEGMENTA CORDIS. Utraque cordis superficies membrana fortis, & polita investitur. Et peculiariter sacco membranaceo, qui *Pericardium* vocatur, & cor cum auriculis, sinus, & vasibus magnis ex corde oriundis, includit, circumdatur.

VASA cordis dividuntur in *communia*, & *propria*.

*Communia* sunt *aorta*, quæ a ventriculo sinistr.

*Arteria pulmonalis*, quæ e ventriculo dentro oritur.

*Venæ pulmonales*, quæ in sinus venosum sinistrum, &

*Vena cava*, quæ in sinus venosum dextrum se evacuat.

*Propria* cordis vasa sunt,

*Arteriæ coronariæ cordis*, quæ ab aorta in cor abeunt.

*Venæ coronariæ*, quæ a corde redeuntes in auriculam dextram se evacuant.

NERVI cordis, rami sunt ab *ocayo*, & a pari *intercostali magno*.

USUS cordis. Est primarium motus sanguinis organum.

#### DE ABDOMINE.

CAVITAS, quæ thoracem inter, & pelvem locatur.

DIVISIO externa est in varias alibi dictas regiones.

**DIVISIO** interna est in tres cavitates.

in cavitatem peritonæi.

in cavitatem lumbalem.

in cavitatem pelyis.

**PARTES**, quæ abdomen constituunt, dividuntur,

in externas, seu continentas,

& in internas, seu contentas.

**PARTES EXTERNAE**, seu continentas sunt,

1. *Integumenta communia.*

2. 5. *Paria musculorum abdominalium,*  
duo obliqui externi,

— — — interni,

— recti.

— transversales,

— pyramidales,

3. 9. *Offa abdominis.*

5. *vertebræ lumborum,*

4. *offa pelyis.*

4. *Peritonæum.*

**PARTES INTERNÆ**, seu contentæ sunt,

In cavitate Peritonæi,

1. *Omentum,*

2. *Ventriculus.*

3. *Intestina tenuia, & crassa.*

4. *Hepar, cum vesicula fellis,*

5. *Mesenterium,*

6. *Lien.*

7. *Pancreas.*

8. *Vasa lactea*, quæ intra duplicaturam mesenterii locantur.

In cavitate lumborum extra peritonæum continentur,

1. Renes.
2. Glandulæ suprarenales.
3. Ureteres.
4. Receptaculum Chyli.
5. Aorta descendens.
6. Vena cava ascendens.

In cavitate pelvis sub peritonæo sunt.

In viris: vesica urinaria.

Intestinum rectum.

Vesiculæ seminales.

In fæminis præter vesicam, & intestinum rectum

Uterus.

4. Ligamenta uteri.

2. Tubæ fallopianæ.

2. Ovaria.

& Vagina.

### P E R I T O N Æ U M.

Est membrana, quæ internam superficiem abdominis investit, & magni sacci figuram refert.

DIVISIO in superficiem internam, quæ polita, & semper humida.

in superficiem externam, quæ admodum cellulosa est.

SUBSTANTIA. Simplex est membrana, robusta, cui exterius textum cellulosum adhæret.

**C**ONNE<sup>X</sup>IO Peritonæi est ope tæcæ cellulosoæ  
cum diaphragmate.

*musculis abdominalibus.*

*vertebris lumborum.*

*ossibus pelyis.*

*vesica urinaria.*

*utero, &*

*intestino recto.*

**P**ROCESSUS, quos peritonæum format, in *membra-*  
*nosos, & celluloso*s dividuntur.

Processus membranosi sunt.

1. *Mesenterium.*

2. *Ligamenta uteri lata.*

3. *Ligamenta hepatis, lienis, intestini*  
*colon.*

4. *Membrana extima, seu communis*  
*viscerum abdominalium.*

Processus cellulosi sunt,

1. *Membrana vaginalis* funiculi spermatici, &  
testiculorum.

2. *Processus cellulosis* ligamentorum rotundo-  
rum uteri.

3. *Processus cellulosis* vasorum obturatoriorum.

4. *Processus cellulosis* vasorum truralium.

5. *Membrana adiposa* renum.

VASA peritonei sunt a partibus vicinis.

Usus est, ut viscera abdominalia in suo situ con-  
tineat, & firmet: ut eorum ligamenta, &  
membranam extimam constituat.

OMENTUM.

## OMENTUM.

MEMBRANA est adiposa, quæ anteriori intestino-  
rum superficie incubit.

DIVISIO est in omentum *magnum*, & *parvum*, in  
*omentum colicum*, & in *appendices omentales*.

*Omentum magnum* ab arcu magno ventri-  
culi ad regionem hypogastricam usque  
super intestina propendet.

*Omentum parvum* a minori ventriculi  
arcu ad hepar extenditur.

*Omentum colicum* a dextra intestini coloni  
portione ad spiatam transversim pergit.

*Appendices omentales* admodum parva  
omenta sunt, inter flexuras intestinalium  
locata.

FORAMEN WINSLOWIANUM sub lobulo hepatis  
Spigeliano in omento parvo est, per  
quod omentum inflari potest.

SUBSTANTIA omenti duplicatura membranæ tenuis  
est, quam tela cellulosa intercedit.

ARTERIÆ sunt rami arteriæ cœliacæ.

VENÆ se evacuant in venam portæ.

USUS omenti est, ut intestina lubricet,

calefaciat.

a concretione præser-  
vet.

pro bile oleum in  
venam portæ ini-  
tat.

## VENTRICULUS.

*Est receptaculum membranaceum, quod ingesta ab œsophago excipit.*

*Situs est in regione epigastrica, & quidquam in hypochondrio sinistro.*

*Divisio. Vacuus ventriculus deorsum pendet, & dividitur.*

*in Superficiem anteriorem, & posteriorem.*

*— Curvaturam majorem, seu inferiorem.*

*— Curvaturam minorem, seu superiorem.*

*— Cardiam, seu introitum ex œsophago.*

*— Pylorum, seu exitum ventriculi in duodenum.*

*Fundum, qui dilatatio ventriculi versus lumen est.*

*Ventriculus autem repletus, adeo assurgit, ut ejus curvatura inferior fiat anterior, & superficies anterior, superior, &c.*

*Connexio. Cum œsophago, duodeno, omento majori, & minori, atque pancreate connexus est.*

*Substantia. Constat quatuor membranis, tenui tela cellulosa nexionis.*

*Extima est communis a peritonœ.*

*Secunda est muscularis, fibris longitudinalibus, transversalibus, obliquis contexta.*

*Tertia est nervea vasis, & nervis constans.*

*Intima villosa est, holoferici adinstar tenuibus villis hirta.*

RUGÆ. Nervea membrana cum villosa rugas multas in inferiori, & interna ventriculi superficie format.

VALVULA PYLORI annularis est, & solummodo ruga notabilior, seu major esse videtur.

ARTERIAE ventriculi sunt rami arteriae cœliacæ.

VENÆ CÄSTRICÆ se evacuant in venam portæ.

NERVI VENTRICULI sunt rami paris vagi.

GLANDULÆ muciparæ sub interna ventriculi tunica locantur.

USUS est, ut ingesta ab œsophago excipiatur. Aliquantum retineat, ea misceat cum succo gastrico, ea digerat, & demum expellat in duodenum.

### INTESTINA.

Sic vocatur *tubus* membranaceus, homine sexies longior, in cavo abdominis varie a pyloro ad anum flexus.

DIVISIO intestinorum est in *tenuia*, & *craffia*.

*Tenuia* sunt 3.

*duodenum.*

*jejunum.*

*ileum.*

*Craffia* sunt etiam 3.

*cæcum.*

*colon.*

*rectum.*

DUODENUM 12. digitos transversos circiter longum est, 3. facit flexuras, retro ventriculum

in *regione epigastrica* locatur, & intra primam, & secundam flexuram a communis ductu canalis pancreatici, & choledochi perforatur.

**JEJUNUM** est 15. palmas longum, ut plurimum invenitur ob multa vasa lactea vacuum, atque a multis vasibus rubicundum. Locatur in *regione umbilicali*.

**ILEUM.** Est etiam circiter 15. palmas longum, colore magis pallidum, locatur in *regione iliaca sinistra*, atque *regione hypogastrica*, & finitetur ad *valvulam Tulpiae*, quae regressum foecum in intestina tenuia impedit.

**CÆCUM** est saccus 4. digitos transversos longum, locatur in *regione iliaca dextra*, & ei extus adhaeret *processus vermicularis*.

**COLON.** Incipit ab intestino cæco in *regione iliaca dextra*, assurgit recta ad hepar, ibi transversim sub ventriculo flectitur ad lineam, ab eo descendit in *regionem iliacam sinistram*, demum ad pelvis *flexu sigmoideo* finitur in *intestinum rectum*.

Hinc colon in partem *ascendentem*, in *transversam*, & *descendentem* dividi solet.

**RECTUM**, est palmam, & medium longum, ab ultima vertebra ad sacrum, & coccygis os descendit, & finitur in *anum*.

**SUBSTANTIA** intestinalium ex *quatuor membranis* constat.

Extima cum  
naso etc.  
Secunda myo-  
& transver-  
Tertia etc na-  
Inima villo-  
sita etc.  
TUGAE, Villosa  
& rugas

CONNEXIO. I.  
sim ver-  
stantiam  
membe-  
bet,  
ollis co-  
ragine a-  
flubant.  
Extrema inter-  
ficiens m-  
decurrentes  
contrahunt  
fisculi, qui  
logia rece-

intelli-  
tioris, &  
tice, & h-  
eli meles  
ura integra  
venam p-

Extima communis, seu membranacea a peritoneo est.

Secunda muscularis est, fibris longitudinalibus, & transversalibus constans.

Tertia est nervea vasorum, & nervis contexta.

Intima villosa vocatur, ut holosericum villis hirta est.

RUGAE. Villosa cum nerva amplior est musculari & rugas intestinales format.

CONNEXIO. Intestina generatim ope mesenterii in situ versantur. Duodenum peculiarem subflantiam cellulosam: Colon duo ligamenta membranacea, quibus renibus adneditur, habet, intestinum rectum ope tela cellulosa ossi coccygis, & vesicæ, vel in mulieribus vaginali accrescit. Jejunum, & Ileum liberrime fluctuant.

Externa intestinorum crassorum superficies tres fascias musculares per totam longitudinem decurrentes, quo intestina in varios fuccos contrahuntur, habet.

MUSCULI, qui anum claudunt, & aperiunt in Myologia recensentur.

ARTERIAE intestinorum sunt rami mesentericae superioris, & inferioris. Duodenalis est hepatica, & haemorrhoidalis interna intestini recti est mesentericae inferioris sibiles.

VENÆ intestinales in mesentericas abeunt, quæ se in venam portar evacuant,

NERVI intestinales sunt propagines nervorum oclavi,  
& intercostalis paris.

VASA LACTEA, quæ ab intestinis tenuibus, præfertim jejunio, & ileo oriuntur, ad glandulas mesentericas abeunt.

GLANDULÆ MUCIPARÆ, quas Brunerianas, & Payerianas vocant, sub tunica nervea locantur.

USUS intestinorum est Chymum e ventriculo recipere. Per aliquod tempus retinere. Succo enterico, & bile miscere. Chylum in vasa lactea propellere. Fœces muco illinire, & per intestinum rectum eliminare.

#### M E S E N T E R I U M.

EST duplicatura membranacea admodum plicata, quæ intestina ambit.

Oritur a peritoneo circa corpora trium superiorum vertebrarum lumbarium, utrinque explicatur infra, & supra intestina, & illa in sua duplicatura comprehendit.

Duodenum, & intestinum rectum autem non comprehendit.

DIVISIO mesenterii est in tenui, & crassum, seu mesenterium, & mesocolon: prius tenuia, alterum crassa continet intestina.

CONNEXIO est cum tribus superioribus corporibus vertebrarum lumbarium.

SUBSTANTIA. Est continuatio peritonæi, quæ duplicatram format, intra quam intestina, vasa

sanguinea, lactea, nervi, glandulae, & tela cellulosa continentur.

ARTERIAE meseraicæ inferior, & superior ramī sunt aortæ descendenteris.

VENÆ MESERAICÆ in venam portæ abeunt.

NERVI MESERAICI multos formant plexus, & sunt rami oœdavi, ac intercostalis paris.

GLANDULÆ MESERAICÆ intra duplicaturam sparsæ jacent.

VASA LACTEA ab intestinis ad glandulas meseraicas, & ab his ad receptaculum chyli abeunt.

TELA CELLULOSA intra duplicaturam vasa, & glandulas maxime comitatur.

USUS mesenterii est, ut intestina, vasa glandulas, & nervos in ordine, ac situ firmet.

#### H E P A R.

Est viscus abdominale maximum, quod bilis secretioni inservit, atque in hypochondrio dextro, & aliquantum in regione epigastrica locatur.

DIVISIO in tres lobos in magnum, parvum, & Spigelianum,

in superficiem superiorem, quæ convexa.

— superficiem inferiorem, quæ concava est.

— marginem anteriorem, & posteriorem.

CONNEXIO hepatis.

I. cum diaphragmate ope ligamenti coronarii,

———— suspensorii.

———— lateralis.

dextri, ac sinistri.

2. cum umbilico ope *ligamenti rotundi*, seu *umbilicalis*.

**T U B E R C U L A** ad ingressum venæ portæ habet duo.  
**F I S S U R A** in concava hepatis superficie.

**S I N U S** pro situ vesiculæ felleæ.

**M E M B R A N A C O M M U N I S**, seu extima hepatis,  
quæ totam substantiam investit, a peritonæo est.

**S U B S T A N T I A**, vasculosa, & friabilis est.

**A R T E R I A H E P A T I C A**, ramus arteriæ *cœliaçæ* est.

**V E N A P O R T Æ**, quæ *truncus venæ meseraicæ, spleniciæ*, ac *hæmorrhoidalis internæ* est.

**V E N A E H E P A T I C A E**, quæ quatuor ramis in venam  
cavam se evacuant.

**N E R V I H E P A T I S** sunt rami *oculati*, ac *intercostalis paris*.

**A C I N I H E P A T I C I** sunt glandulae in substantia hepatis  
dispersæ, quæ bilem secernunt.

**D U C T U S H E P A T I C U S** oritur tenuissimis ramulis ab  
acinis biliosis hepatis, dein magnum ductum  
constituit, qui versus intestinum duodenum  
abit, & se cum ductu cystico in communem  
canalem unit.

**U S U S** hepatis est, ut bilem *secernat*.

### V E S I C U L A F E L L E A.

**V E S I C U L A** oblonga, membranacea, sub hepate in  
hypochondrio dextro sita.

**D I V I S I O** in fundum, qui sub margine costali hy-  
pochondrii dextri est.

*Corpus*, seu pars media.

*Collum*, quod intus rugosum est, & continua-  
tur in

*Ductum cysticum*, qui paulo post cum *ductu hepatico* se unit, & dein vocatur.

*Ductus choledochus*, cui demum inseritur *ductus pancreaticus*, qui duo ductus dein, vel communi, vel duplice orificio in intestinum duodenum, intra primam, & secundam ejus flexuram, se evacuant.

**SUBSTANTIA** constat ex *tribus membranis*.

*Extima communis* a peritoneo est.

*Media fibrosa* est, & creditur muscularis.

*Intima villosa* est, & simul vasis reticulata.

**ARTERIAE CYSTICAE** sunt rami arteriae hepaticae.

**VENAE CYSTICAE** in *venam portæ* se evacuant.

**NERVI** a pari oculavo, & intercostali sunt.

**GLANDULÆ mucipare** sub intima tunica vesiculae locatae creduntur.

**Usus** vesiculae est, ut bilem ex ductu hepatico regurgitantem retineat, ut sic mora spissior, amara, & acrior fiat.

### L I E N.

**Est viscus**, quod in hypochondrio sinistro juxta ventriculi fundum, costis tectum locatur.

**FIGURA** ovalis, octo digitos transversos longa, quadrator lata est.

**Divisio** in *superficiem externam*, quæ convexa, & *internam*, quæ concava est.  
*in extremitatem superiorem*, & *inferiorem*.

**C**ONNEXIO cum diaphragmate ope *ligamenti suspensorii*. Cum omento, pancreate, rene sinistro, & flexura sinistri intestini colon ope *membranarum*.

**E**XCISURA in superficie concava, seu interna pro introitu vasorum lienalium.

**S**UBSTANTIA mere vasculosa, & friabilis est.

**M**EMBRANA extima *communis* est peritonxi pro pago.

**A**RTERIA SPLENICA, seu lienalis ramus arteriae *cæliacæ* est.

**V**ENA LIENALIS, se evacuat in *venam portæ*.

**N**ERVI LIENIS a pari *vago*, & *intercostali magni* sunt.

**U**sus, inservit attenuationi sanguinis.

### P A N C R E A S.

**C**orpus glandulosum est, quod in regione epigastrica sub ventriculo locatur.

**F**IGURA similis est linguae caninæ, lata pars versus duodenum, pars acuminata versus lienem locatur.

**D**IVISIO in superficiem superiorem, & inferiorem. in extremitatem dextram, quæ lata, & sinistram, quæ acuminata est. Demum in marginem anteriorem, & posteriorem.

**P**ROCESSUS pancreatis, qui *pancreas parvum* vocatur, duodeno accretus est.

**S**UBSTANTIA est ex innumeris glandulis facta,

**M**EMBRANA EXTIMA a mesocolon est.

ARTERIÆ PANCREATICÆ sunt a partibus viciniis, maxima est ramus arteriæ lienalis.

VENÆ PANCREATICÆ in splenicam se evacuant.

DUCTUS PANCREATICUS minimis ramulis a glandulis oritur, dein magnum canalem constituit, qui totam medietatem pancreatis decurrit, & demum intestinum duodenum, ductui choledoco junctus, perforat in loco inter primam, & secundam flexuram.

CONNEXIO pancreatis est cum ventriculo, & liene ope membranarum. Cum duodeno mediante pancreate parvo, & ductu pancreatico.

USUS est, ut humorem salivæ similem secernat, & in duodenum deferat.

#### VIAE LACTEAE.

VIAE, quæ chylum ab intestinis in sanguinem videntur, sunt,

Vasa lactea.

Receptaculum chyli.

Ductus thoracicus.

VASA LACTEA sunt parvæ venæ, quæ chylum videntur. Oriuntur ex intestinis tenuibus præstimum ex jejunio, & ileo, paucissimæ ex intestinis crassis.

Dividuntur in vasa lactea primi.

secundi,

tertii ordinis.

Vasa lactea primi ordinis ab intestinis orta, rete vasculosum ab extima tunica intestinalium constitunt,

Vasa lactea secundi ordinis a rete vasculoso orta, intra duplicaturam mesenterii ad glandulas meseraicas abeunt.

Vasa lactea tertii ordinis a glandulis meseraicis orta, inter duplicaturam mesenterii in receptaculum chyli se evacuant.

**RECEPTACULUM CHYLI** est saccus angustus, duos pollices longus, dextro cruri diaphragmatis ad duo superiora corpora vertebrarum lumbarium incumbit.

**DUCTUS THORACICUS.** Est canalis membranaceus, qui a superiori extremitate receptaculi chyli ortus, per posticum hiatum diaphragmatis intra aortam, & venam azygos in posticum spatium mediastini thoracis ascendit, & juxta corpora vertebrarum dorsi varie flexus, ad venam subclaviam sinistram usque pervenit, in quam cum valvulo o orificio se exoherat. Ductus thoracicus in hoc itinere etiam in se recipit vasa lymphatica fere totius corporis, ut Colli.

*Thoracis.*

*Abdominis.*

*Extremitatum superiorum, & inferiorum.*

In vasis lacteis, & in ductu thoracico valvulae inveniuntur. Et Substantia horum vasorum membranacea est.

**U**sus. Hæ viæ lactæ chylum ex intestinis in sanguinem devehunt. Si chylus in primis viis non adest, succi lymphatici per vias lacteas fluunt.

## RENES.

Sunt duo viscera, quæ urinam secernunt.

SITUS est extra peritonæi saccum in lumbis circa corpora superiorum vertebrarum lumbarium.

Ren dexter sinistro profundius locatur,

FIGURA est phæseolo similis, 6. digitos transversos longa, 4 lata.

DIVISIO est in superficiem anteriorem, & posteriorem.

in extremitatem superiorem, & inferiorem.

in marginem externum, qui convexus, in internum, qui concavus est.

EXCISURA adest in margine interno pro transitu vasorum renalium.

CONNEXIO renis cum glandulis renalibus, hépate, liene, flexuris intestini colon mediante membrana cellulosa, ope uretherum autem cum vesica urinaria est.

SUBSTANTIA renum triplex est.

Corticalis, seu vasculosa, quæ extima est.

Tubulosa, quæ tubulis constat.

Papillosa, quæ intima est.

INTEGUMENTA renis sunt.

I. Membrana adiposa, quæ crassa est, & laxè renem involvit.

II. Membrana propria, quæ ipsam renis substantiam investit.

**A**RTERIÆ RENALES dextra, & sinistra sunt rami  
aortæ descendenteris.

**V**ENÆ RENALES se evacuant in venam cāvam in-  
feriorem.

**N**ERVI renū sunt rami oīayi, & intercostalis  
parisi.

**P**ELVIS RENALIS est cāvum membranaceum ex-  
cifuræ marginis interni adhærens, in quod  
ex papillis renalibus urina guttatum exstilat.

**U**RETHERES sunt canales membranacei, calamo  
scriptorio similes, quorum in utroque rene  
unus a pelvi renali incipit, dein in lumbis  
super musculo psoas in formam litteræ S fle-  
xus, in pelvī osleam descendens, vesicā  
urinariæ in parte laterali, postica, & inferiori  
inseritur.

**G**LANDULÆ SUPRARENALES sunt duæ magnæ  
glandulæ intus cāvæ, & fucco fusco plenæ,  
quæ supra renes adhuc intra membranam adi-  
posam renū locantur. Duū excretorium  
proprium non habent, & usus harum glan-  
dularum adhuc ignoratur.

**U**sus renū. Renes urinam secernunt, & urethe-  
res illam a renibus in vesicam urinariam de-  
ferunt.

### V E S I C A U R I N A R I A.

**E**st saccus membranaceus sub peritonzi sacco in cavi-  
tate pelvis locatus.

SITUS est in viris intra ossa pubis, & intestinum rectum.

in mulieribus intra ossa pubis, & uterum.

FIGURA est magnæ lagenæ pyriformi similis. Hinc

DIVISIO in fundum superiore.

in corpus, quod est pars media.

in collum, quod ex fundo inferiori emer-  
git, & sphinctere musculo circumda-  
tur. Vide *Myologiam*.

CONNEXIO vesicæ. Fundus superior cum peritonæo,  
& ope ligamenti cum umbilico cohaeret.

Superficies posterior, ope telæ cellulose cum  
intestino reto, vel utero.

Superficies anterior, ope telæ cellulose cum  
ossibus pubis.

Collum, ope ligamenti cum angulo ossium pubis,  
& ope urethræ cum membro virili cohaeret.  
Demum ope uretherum connectitur vesica  
etiam cum renibus.

SUBSTANTIA constat ex 4. membranis.

Extima communis a peritonæo est.

Secunda est muscularis, fibris longitudinalibus  
constans.

Tertia nervæ vocatur, ex vasculis, & nervis  
confusa.

Intima est villosa, & semper muco obducta.

ARTERIÆ VESICALES sunt rami arteriæ hypoga-  
stricæ, & hæmorrhoidalis.

VENÆ vesicæ se evacuant in hypogastricam.

N E R V I vescicæ sunt rami a nervo intercostali, & nervis sacris.

G L A N D U L Æ muciparæ sub internâ vescicæ tunica locantur.

U s u s vescicæ est, ut urinam recipiat, retineat, expellat.

### P A R T E S G E N I T A L E S V I R O R U M .

Partes virorum genitales constituunt,

*Penis.*

*Testiculi.*

*Vesiculæ seminales.*

### P E N I S .

Qui etiam *membrum virile* vocatur, est pars illa cylindrica, quæ sub monte veneris ante scrotum dependet.

L O N G I T U D O est, ut plurimum 6. pollicum.

D I V I S I O est in radicem,

*corpus, &*

*caput, quod glans* vocatur.

G L A N S habet latam basim, quæ *corona* dicitur, & apicem, qui fissura longitudinali, quam *orificium urethræ* dicunt, perforatur.

M O N S V E N E R I S est monticulus pinguedinosus, cute admodum pilosâ tectus, qui ad radicem penis synchondrosim ossium pubis tegit.

S U B S T A N T I A M membra virilis constituunt,

*Integumenta communia.*

*duo corpora cavernosa penis.*

*corpus cavernosum urethræ, & demum,*

*Urethra ipsa.*

INSEGMENTA

INTEGUMENTA COMMUNIA peni usque ad coronam glandis firmiter accreta sunt. Dein autem non accreta, sed solummodo incumbentia super glande incedunt.

Hæc prolongatio cutanea *præputium* vocatur, quod in parte inferiori ope plicæ membranaceæ adhæret. Hanc plicam *frænulum præputii* dicunt.

Duo *corpora cavernosa* penis substantia spongiosa constant, ab arcibus ossis ischii utrimque incipiunt, dein in membro virili supra urethram fibi invicem ope *septi membranacei* incumbunt, & obtusis apicibus sub corona glandis finiuntur.

SUBSTANTIA *cavernosa urethræ* ante collum vesicæ crassò principio, quod *bulbus urethræ* vocatur, ab ambitu urethræ incipit, dein tenuior facta ambit totam urethræ longitudinem ad apices duorum corporum cavernosorum penis usque, supra hos demum *glandem* format, in qua finitur.

URETHRA canalis membranaceus est, oritur a collo vesicæ urinariæ, descendit infra corpora cavernosa penis, & sub illis, sua peculiari substantia cavernosa involutus, in apicem glandis pergit, atque fissura longitudinali finitur.

VERUMONTANUM. Prominentia duriuscula, sed cutanea est, quæ in cavo urethræ, ante glandulam prostratæ locatur.

**C**ONNEXIO penis est cum vesica ope urethræ. Cum ossibus pubis, & ischii ope corporum caver-nosorum, & muscularum. Cum angulo arcuum pubis mediante peculiari ligamento suspensorio.

**G**LANDULÆ penis sunt,

1. *Glandulæ muciparæ urethræ*, quæ sub tunica interna locantur.
2. *Glandulæ odoriferæ*, quæ circa, & in corona glandis hærent.
3. *Glandula Litrii*, quæ solitaria ad initium urethræ est.
4. *Glandulæ Cowperianæ*, tñes sunt numero, quarum duæ intra bulbum urethræ, & musculos acceleratores locantur. Tertia dorso urethræ sub angulo pubis incumbit.
5. *Glandula prostrata*, quæ solitaria, & cordiformis est, circumdat inferius collum vesicæ, mūcum secernit album, qui pluribus ductibus excretoriis in urethræ cavo circa verumontanum apertis, tempore coitus effunditur.

**ARTERIÆ** penis, pudendæ externæ, & internæ rami sunt arteriæ hypogastricæ, & ischiadicæ.

**VENA** penis dorsalis se evacuat in venam hypogastricam.

**VASA LYMPHATICA** sub integumentis communibus locantur, & ad glandulas inguinales abeunt.

**NERVI** penis sunt rami nervorum sacrorum, & nervi ischiadici.

DE  
FISCOLOS peni-  
tus penis est ad  
voluptatis.  
urina.

T  
Sunt duo corpora  
tinentur.

DIVISIO in ma-  
in et  
in su-

EPIDIDYMIS  
dix tel-  
extremis  
posterior

INTEGMENTA  
I. Scrotum,  
intermedio  
vulum est,  
brana fib-  
tem super  
baceis plen-  
tem lineam  
tur, habet

II. Tunica v-  
est, tres fa-  
Vagina pr  
guinali in  
& testicul

MUSCULOS penis, & urethræ *Myologia* recenset.  
Usus penis est ad *erectionem*. *Coitum*. *Sensationem voluptatis*. *Effusionem semenis*. *Effusionem urinæ*.

## TESTICULI.

Sunt duo corpora ovalia, quæ in cavo scroti continentur.

DIVISIO in marginem superiorem, & inferiorem.  
in exteriorem anteriorem, & posteriorem.  
in superficiem internam, & externam.

EPIDIDYMIS, seu *testiculus accessorius* est Appendix testiculo incumbens, in quo *caput*, seu extremitas anterior, & *cauda*, seu extremitas posterior notari deberet.

INTEGUMENTA testiculi sunt,

I. *Scrotum*, quod cavum membranaceum *septo* intermedio membranaceo in duas cavitates divisum est, constat *cuticula*, *cute*, & *membrana fibrosa*, quæ *dartor* vocatur. Externa superficies scroti pilis, & glandulis sebaceis plena est, atque per totam mediatem lineam fuscum, quæ *raphe scroti* vocatur, habet.

II. *Tunica vaginalis*, quæ membrana cellulosa est, tres saccos format, qui *vaginæ* vocantur. *Vagina prima communis* est, ab annulo inguinali incipit, atque funiculum spermaticum, & testiculum insimul investit.

*Vagina funiculi spermatici* solum funiculum spermaticum, &

*Vagina testiculi* solum testiculum laxe amplectitur, & vaporem aquosum in suo cavo continent. Hæcce prioris continuatio videtur.

III. *Tunica albuginea testiculi*, quæ robusta est, albi coloris, & cum ipsa testiculi substantia concrescit.

SUBSTANTIA testiculi. Ex tenuissimis albicantibus canalibus, qui in viginti circiter *glomeres* tela cellulosa connexos, convoluti sunt, conflat testiculus.

Omnes demum canaliculi testis, & epididymis in unum magnum confluunt canalem, qui *vas deferens* vocatur.

VAS DEFERENS oritur ex cauda epididymidis, per funiculum spermaticum, ascendit in annulum inguinale, ibi in pelvis cavo transversim ad collum vesicæ flexus, in vesiculos seminales terminatur.

ARTERIÆ SPERMATICÆ rami sunt arteriæ aortæ.

VENÆ SPERMATICÆ in funiculo rete venosum formant, quod *corpus pampiniforme* vocant, & dein vena spermatica dextra in *venam cayam*, & *sinistra* in *venam renalem sinistram* se evacuat.

NERVI testiculorum rami sunt, a nervis *lumbari-* bus, & nervis *intercostalibus magnis* nati.

VASA LYMPHATICA e testiculo per funiculam ascendunt.

FUNICULUS SPERMATICUS ergo constat ex vase deferente, arteria, & vena spermatica, nervis spermaticis, vasis lymphaticis, & tunica vaginali, quam musculus cremaster ambit.

MUSCULUS CREMASTER a ligamento Pupartii ortus, & in tunicam vaginalem suis fibris dispersus, in *Myologia* consideratur.

USUS testiculorum est semenis secretio, & præparatio.

### VESICULÆ SEMINALES.

Sunt duo receptacula membranacea, quæ semen a vasibus deferentibus recipiunt, & continent.

SITUS eorum obliquus intra intestinum rectum, & supra collum vesicæ.

FIGURA est parvis intestinalis, in cellulas mire contortis, similis.

SUBSTANTIA est membranacea, albicans, & substantia fibrosa tecta.

DUCTUS EJACULATORIUS ex qualibet vesicula in urethræ cavum abit, & ibi in summitatem verumontani peculiari orificio hiat.

VASA, & NERVI vesicularum seminalium a partibus vicinis sunt.

VASA LYMPHATICA a vesiculis seminalibus orta, ad glandulas lymphaticas circa lumbos sitas, abeunt.

USUS est, ut semen contineant.

retineant.

inspiffent.

emendent.

excernant in urethram.

## PARTES GENITALES.

## MULIERUM.

Partes, quæ in mulieribus generationi inserviunt, dividuntur in *externas*, & *internas*.

**E X T E R N A E** sunt *Mons veneris*.

*labia majora.*

*labia minora.*

*Clitoris.*

*hymen.*

**I N T E R N A E** sunt *vagina*.

*uterus.*

*tubæ fallopiancæ.*

*ovaria.*

*ligamenta uteri lata.*

— — — — — *rotunda.*

*Urethra.*

**M O N S V E N E R I S** est monticulus pinguedinosus, cute pilosa teñus, qui synchondroſi ossium pubis incumbit.

**L A B I A M A J O R A** sunt duo monticuli pinguedinosi, oblongi, qui sub monte veneris incipiunt, labia minora tegunt, & juxta latera orificii vaginæ ad perinæum abeunt, & ibi ope plicæ cutanæ transversalis, quam *frænulum labiorum* vocant, sibi invicem uniuntur. Duplēcēm habent superficiem *interna* rubicunda, *externa* cuti concolor est.

LABIA MINORA etiam *nymphæ* vocantur. Sunt duæ plicæ cutanæ, crista gallinaceis similes, quæ sub clitoride incipiunt, & ad latera orificii vaginæ locantur.

Constant *extus* cute admodum vasculosa, & nervea, *intus* substantiam cavernosam habent.

CLITORIS est particula glandiformis, quæ sub anteriori labiorum majorum commissura hæret, & peculiari *præputio*, quod nymphis continua cutis est, tegitur.

Constat cute admodum sensili, & vasculosa, intus duo corpora cavernosa habet, quæ a tuberositatibus ischii incipiunt, in arcubus ossium pubis ascendunt, & sub symphysi pubis sibi invicem juncta, in corpus clitoridis abeunt.

Musculi erectores clitoridis in *Myologia* considerantur.

HYMEN, est membrana, ut plurimum semilunaris, quæ posterius orificio vaginæ in virginibus integerrimis adhæret.

VAGINA UTERINA, est tubus membranaceus 6. vel 7. pollices longus, qui intra labia minora incipit, ubi orificium vaginæ locatur, dein in cavo pelvis intra ossa pubis, & intestinum rectum ascendit ad collum uteri, quod amplectitur, & cui ope telæ cellulosa fortiter accrescit.

*Constat vagina tribus membranis.*

*Extima cellularis a peritonæi tela cellulosa est.  
Media muscularis, quæ fibris carneis constat,  
& réte vasculoſo coronatur.*

*Intima rugosæ vocatur, epidermide testa est.*

*Rugæ hæ transversales sunt, in superiori  
vaginæ ambitu minus, quam in inferiori  
conspicuæ.*

*Orificio vaginali a peculiari musculo sphinctere  
angustior, de quo vide Myologiam. Et in  
interna orificii vaginalis superficie duæ pro-  
minentiae pyramidales molles sunt, quæ Ca-  
runculæ myrtiformes dicuntur.*

**URETHRA** canalis est membranaceus, amplior,  
quam urethra virilis, & recta descendens a  
collo vesicæ urinariæ intra ossa pubis, & va-  
ginam, atque *orificio*, quasi trianguli pro-  
minente terminatur, sub clitoride intra prin-  
cipia nympharum.

**UTERUS** est *receptaculum* illud spongiosum, quod  
in cavo pelvis super vagina intra vesicam urinariam,  
& intestinum rectum locatur.

**FIGURA** ejus pyro compresso similis est, hinc ejus  
**DIVISIO** in *fundum*, qui pars suprema latissima est.  
*corpus*, quod pars media.  
*collum*, quod pars infima in acumen  
angustata, & in  
*orificio uterinum*, quod rima trans-  
versalis in collo uteri est, quæ ab

DE  
an  
tu  
m  
CAVITAS uteri  
lam excor  
aperturis.  
el. Duz  
porcinam  
tubaram  
SUBSTANTIA  
texa, &  
Extima u  
periton  
Internu  
dennis  
LIGAMENTA  
mi, qu  
originem  
protendum  
ovaria,  
LIGAMENTA U  
bus uteri  
guinales,  
LOSA FALLOPI  
nacei, qu  
aque in f  
ram ligam  
gura ell t  
cavum ap

*anteriori, & posteriori labio constituitur, atque in vaginæ cavum prominet.*

**C AVITAS** uteri in virgine parva est, vix amygdalam excorticatam capit, tribus instructa est *aperturis*. Una inferior *orificii uterini rima* est. Duæ sunt ad latera sub fundi uteri, setam porcinam vix admittentes, *orificia interna* tubarum Fallopianarum vocantur.

**S UBSTANTIA** uteri spongiosa, carneis fibris intertexta, & duriuscula est.

*Extima* uteri superficies membrana *communi a peritonæo involvitur.*

*Interna* superficies membrana *nervea*, quam epydermis obducit, investitur.

**L IGAMENTA UTERI LATA** a duplicatura peritonæi, quæ utero externam membranam dat, originem habent. A lateribus uteri ad ossa ilia protenduntur. Sustinent uterum, tubas, & ovaria.

**L IGAMENTA UTERI ROTUNDA** oriuntur a lateribus uteri, sub fundo tendunt in annulos inguinales, & ibi in pinguedinem desinunt.

**T UBÆ FALLOPIANÆ** sunt duo canales membranacei, qui a fundo uteri lateraliter oriuntur, atque in superiori margine, intra duplicaturam ligamenti lati versus ovaria abeunt. *Figura* est tubæ similis, orificium, quo in uteri cavum aperiuntur angustissimum, & orifi-

cium externæ extremis latum, & fimbriatum est. Hæ fimbriæ ovaria fere amplectuntur.

OVARIA sunt duo corpora, pollicem circiter longa, quæ in cavo pelvis ad latera uteri locantur.

Substantia eorum externa ex membrana fibrosa est, interna autem vesicularis saltem in virginibus, hæ vesiculae ovula muliebria vocantur, & in vetulis evanescunt relictis multis cicatricibus.

ARTERIAE partium genitalium sunt,

Spermaticæ, quæ aortæ rami sunt, & in ovaria, atque tubas abeunt.

Uterinæ, quæ propagines sunt hypogastricæ, & hæmorrhoidales.

VENÆ UTERINÆ non valvulose sunt, & se evanescunt in venas spermaticas.

hypogastricas, &  
hæmorrhoidales externas.

VASA LYMPHATICA in venas, & glandulas iliacas abeunt.

NERVI genitalium sunt rami nervorum,

Sacrorum. Ischiadicorum. Mesocolicorum.

GLANDULÆ genitalium sunt.

1. Glandulæ mucosæ vaginales, quæ sub rugosa vaginæ tunica copiose locantur.

2. Glandulæ odoriferæ labiorum, & clitoridis.

DE  
3. Glandula  
ve eis  
4. Glandula  
fici vagi  
1503 genitalium

PART

PARTES, que  
1. Placent  
2. Funicul  
3. Orum fuc  
4. Liquor am  
5. Fatus,

PLACE

Et massa spongio  
num fund  
DIVISIO in sup  
in —  
in mar  
las  
ind  
INSTANTIA e  
lis pleniss

3. Glandulæ muciparæ urethræ, quæ sub nerva ejus membrana inveniuntur.
4. Glandulæ Bartholinianæ, quæ ad latera orificii vaginæ hærent.

Usus genitalium est ad *errectionem*.

*sensum voluptatis.*

*coitum.*

*conceptionem.*

*fœtus nutritionem.*

*partum.*

*menstruationem.*

### PARTES UTERI GRAVIDI.

PARTES, quæ in utero gravido continentur, sunt,

1. *Placenta uterina.*
2. *Funiculus umbilicalis.*
3. *Ovum fœtus.*
4. *Liquor amnii.*
5. *Fœtus.*

### PLACENTA UTERINA.

Est massa spongiosa placentæ similis, quæ ut plurimum fundo uteri gravidi adhæret.

DIVISIO in *superficiem superiorem*, quæ inæqualis in ————— *inferiorem*, quæ polita est. in *marginem*, & *medietatem*, cui funiculus umbilicalis in inferiori superficie inseritur.

SUBSTANTIA est cellulosa, spongia similis, vascularis plenissima. Nervos non habet.

**A D H È S I O.** Ope telæ cellulofæ, & vasculorum ex utero in placentam euntium, & redeuntium utero adhæret, inferius est membrana chorion, & amnion investita.

**U s u s.** Sanguinem ab utero recipit, pro fœtu præparat, & ramis venæ umbilicalis tradit.

### F U N I C U L U S U M B I L I C A L I S.

Est funiculus intestiniformis, qui ab umbilico fœtus ad medietatem placentæ pergit.

**L O N G I T U D O** est frequenter 3. spitamarum.

**S U B S T A N T I A.** Constat ex 4. partibus.

1. Ex *vagina cutanea*, quæ membranæ chorion continuatio est. Ubi hæc ab inferiore placentæ superficie in funiculum umbilicalem abit, simul eam ad pollicis latitudinem membrana amnion committatur, & ubi in fœtus umbilicum definit ad eandem latitudinem a cute fœtus plica circumdatur.
2. Ex *substantia cellulosa*, quæ vaginam umbilicalem implet, & *gelatina*, quam *W arthonianam* dicunt, plena est.
3. Ex *vena umbilicali*, quæ innumeris ramulis venofis ex substantia cavernosa placentæ oritur, dein ramis majoribus in inferiori placentæ superficie formatis, in unum definit truncum, qui per funiculum umbilicalem, & annulum umbilicalem fœtus super

peritonæo ad hæpar pergit, & ibi in venam portæ se evacuat.

4. Ex duabus arteriis umbilicalibus, quæ in fœtu ab arteriis hypogastricis ortæ, juxta vesicæ urinariæ latera ad annulum umbilicalem ascendunt, deinceps per funiculum umbilicalem pergunt, & innumeris ramulis in substantiam spongiosam placentæ desinunt.

**Usus** funiculi. Vena umbilicalis fœtui sanguinem ex placenta adducit, & duæ arteriæ umbilicales ex fœtu in placentam reducunt.

### OVUM MEMBRANACEUM FOETUS.

Fœtus in uteri cavitate magno ovo membranaceo inclusus est.

Hoc ovum ex *tribus membranis* constat.

Extima est *filamentosa*, ubique utero, & placentæ accreta, admodum flocculenta est, atque etiam membrana *decidua Hunteri* vocatur.

Media est membrana *Chorion*, quæ robusta, & vasculosa.

Intima vocatur membrana *Amnios*, hæc tenuis, ac pellucida est.

**Usus** hujus ovi est, ut liquorem amnii includat, ne ex utero effluat. Incipiente partu pars inferior orificium uterinum dilatare juvat.

## LIQUOR AMNII.

**E**st liquidum, quod in cavo ovi penes fœtum includitur.

**Q**UANTITAS circa partum est 2. vel 3. librarum.

**P**ROPRIETAS. Est humor gelatinosus; turbido *fero lacris* similis.

**O**RIGO. Secernitur ab exhalantibus arteriis membranarum ovi.

**U**SUS. Fœtum a pressione uteri tuetur, illum nutrit, in partu orificium uteri dilatat, & vaginam humectando lubricat.

## FOETUS.

**P**RIMO graviditatis mense finito ovum fœtus magnitudinem ovi columbini habet, & fœtus in medietate liquoris amnii natans, *moleculam* representat minimam, pellucidam, gelatinosam, quæ ex tribus parvis *bullulis* constare videtur.

*Suprema* bullula est maxima, & duo *puncta nigricantia* habet, ex bullula hac caput formatur, & ex punctis oculi fiunt.

*Media* in suo centro *punctum* habet *ruberum*, & *mobile*, quod cor est.

*Infima* bullula ex suo centro *pellucidum filamentum* emittit, quod funiculus umbilicalis fit.

**S**ECUNDO MENSE peracto ovum fœtus *magnitudinem* ovi gallinacei, & fœtus *magnitudinem* formicæ habet. Ex media, & infima bul-

D E  
Illa em...  
tremitate  
TERTIO MENSE  
final genit...  
Reliquis 6. mensib...  
finito 7. lib...  
Situs fœtus, an...  
fundum u...  
fœtum me...  
verlo, cu...  
EXTERNA fœtus  
qui obd...  
liquoris  
PARTES INT...  
fett, liqu...  
1. Canalis ve...  
venam cr...  
2. Foramen...  
cordis in...  
3. Canalis B...  
monalis  
ferrur.  
4. Valvula E...  
admodum  
5. Pulmo fr...  
que in...  
quam pr...  
innata.  
6. Hepar in...

I.  
es fuctum.  
librarum,  
turbido sero  
attenuis mem-  
ur, illum na-  
llat, & veg-  
fetus magni-  
fetus in ma-  
nucleulum re-  
m, gelatino-  
llulus confitare  
x duo pun-  
lla hac cap-  
li fuit.  
bet rubrum, &  
pellucidum fil-  
iculus umbilica-  
fetus magni-  
is magnitudi-  
& infinita bul-

Iula eminentiae paryæ exeunt, e quibus extremitates sensim formantur.

TERTIO MENSE omnia in fœtu evidentiora, & simul genitalia sexus jam apparent.

Reliquis 6. mensibus adeo increscit fœtus, ut nono finito 7. libras habeat.

SITUS fœtus, ante sextum mensem, est capite ad fundum uteri, & antrorsum spicante: post sextum mensem capite ad uteri orificium inverso, cum facie retrorsum spectat.

EXTERNA fœtus *superficies* peculiari *smegmate* pingui obducta est, quod fœtum a maceratione liquoris amnii tuetur.

PARTES INTERNÆ, quibus fœtus ab adulto differt, sequentes sunt.

1. *Canalis venosus*, qui ex sinu venæ portæ in venam cavam tendit.
2. *Foramen ovale*, quod in septo auricularum cordis invenitur.
3. *Canalis Botalii*, qui ex trunco arteriæ pulmonalis oblique ad truncum arteriæ aortæ fertur.
4. *Valvula Eustachii* in origine venæ inferioris admodum conspicua est.
5. *Pulmo* fœtus est nigricans, & collapsus, atque in aquam projectus fundum petit, quam primum autem infans respiravit, aquæ innatat.
6. *Hepar* in fœtu majus est.

7. Omnes glandulæ præsertim *thymus*, glandulæ *suprarenales*, & processus *vermiformis* intestini cœci in fœtu majores sunt.
8. *Urachus* est canalis membranosus, tenuis, qui a superiori fundo vesicæ ad umbilicum usque ascensit. Subinde medius, subinde totus canalis cavus reperitur.
9. *Intestina crassa*, & subinde ultimum intestinum tenue viridi, & viscida materia, quæ *meconium* vocatur, in fœtu replentur.
10. *Membrana tympani auris*, peculiari membrana mucosa clauditur.
11. In pupilla est, peculiaris membrana, quæ *pupillaris* vocatur. Hæc membrana jam ante partum evanescit.

Omnes in fœtu recensiti canales, & fœtui peculiaria vasa post partum collabuntur, & in ligamenta concrescunt.

**C O N S T I T U T I O** ossium in fœtu in *Osteologia*, & in consideratione *dentium* recensita fuit.

